



Catalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Johanne et Paulo martyribus. Cap[itulum]. ix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mense iunij occurrentibus. Fo. cxlvii.

hostes subiungauit: et romanis tributarios fecerunt. Duoq; milites armati eidem apparerent: eum hincinde confirmabat. Factus ergo christianus romana rediit: et aploz mox basilicas visitauit. Ros gauit autem augustu ut sibi indulgeret: si filia sua minime despontaret: eo quod decetero christo contumens vivere proposuisset. Quod dum constantino plurimi placuisse et due filie gallicani et constantiam virginem conuerte fuisse: secundum in monasterio beate agnetis permaneret. Iste gallicanus ducatu cessit: et quinq; milia suorum manumisit: omniaq; pauperibus tribuerunt: christo cu quibusdam seruis dei in paupertate seruivit: multaq; miracula faciebat: ita ut solo iussu demones ab obsecris corporibus effugaret. Huius sacre opinonis fama in toto orbe terrarum intatum excrevit: ut ab oriente et occidente venientes viderant virum ex patricio et consule lauantem pedes pauperum: ponente mensam: aqua mansibus effundente: languentibus solicite ministrante: et cetera servitutis officia exhibente. Perseuerauit autem gallicanus in sanctis huiusmodi pietatis operibus usque ad tempora iuliani imperatoris: qui cum imperium sublimatus christianos persequeretur: misit ad ostia ciuitatem: ubi gallicanus degebatur: ut titulos fiscales domibus ab eo in subsidium pauperum fabricatis imponeret. Sed cu oes exactores illuc accedentes a demonio vexarentur: mandauit iulianus: ut aut deus immolaret: aut exinde discederet. Tanto enim viro non audebat mortem inferre. Ille igitur alexandriam perrexit: et per annum in heremo cum sanctis confessorebus habitauit. Deinde tentus a comite rauino cum sacrificare contemneret: transfixus in corpore gladio martyrum coronam percussus. vii. kalendas iulii: alexandrię tumulatus fuit in eccllesia eius nominis fabricata.

De sanctis Johanne et paulo martyribus.

Cap. ii.



Obannes

et paulus martyres rome passi sunt sub imperatore apostolico iuliano. Quorum prior prespositus: secundus primicerius fuit constantie constantini filie virginis: ut superius dictum est in passione gallicani martyrum. vii. kal. iulii. Julianus non imperator captus cupiditate sacrilega auctoriam suam euangelij testimonio colorabat. Nam facultates christianis auferens dicebat: quod christus in euangelio docuerat: ut nisi qui renunciasse omnia que possidet: non potest christi esse discipulus. Audiens autem quod iohannes et paulus ex opibus quas constantia virgo reliquerat: christianos pauperes sustentarent: mandauit eis: ut fierent constantino ita quoque et sibi adherere deberent. Qui

responderunt: quod constantino et constanti imperatoribus ut christianis adheserant: eidemque in palatio famulati fuerant. Juliano autem ut apostole: et qui religionem plena virtutibus reliquerat penitus obedire continebant. At imperator se clericatus in ecclesia obtinuisse factabat: sed considerans vanum esse inertia et oculum sectari: relichto clericatu militis animu dederat deo sacrificando: quorum suffragiis ad imperii apices peruererat: unde et iohanni et paulo. x. dierum inducias concedebat: ut si infra ipsum terminum a christi cultura non discederent: et militia suam reassumere recusarent: coacti postmodum ficerent: quod sponte facere non curabant. Qui sancti dispererunt: ut iam. x. dies preterisse existimassent: continuo ficerent: quod post. x. dies facere minabatur. Quibus imperator asseruit: quod eos post dictum terminum: non ut martyres: sed ut hostes publicos puniret. Tunc iohannes et paulus per totos. x. dies elemosynis insistebant: et omnia sua in opibus erogabat. Decima autem die missus est ad eos terentianus campi ductor ab imperatore hora cenandi: qui ingressus inuenit eos: orantes obruitque eis ex parte iuliani imperatoris auream statuiculam iouis: ut elthora incenderent: alioquin gladio simul perirent. Qui cum se nullum alium dominum habere nisi christum dicerent: hora tercia noctis transacta: sicut illi indictum fuerat: ut sine strepitu punirent: eos ambo decollauit intra domum ipsorum. Fecitque fieri foueam: et eorum corpora in ipsa domo inuoluta reponit: faciens famam: quod in exilium missi essent. Demones autem ex obsecris corporibus intra domum iohannis et pauli exerciebantur: considerantes sanctam passionem eorum. Post hec filius terentianus a demoni rapitur: et intra ipsum dominum clamare cepit: quod a sanctis martyribus queretur. Quod videns terentianus: ad locum accedens: oransque cum lachrymis peccatum suum confitetur: et filius eius mox a demoni liberatur: ac una cum patre conuersus ad christum baptizatur: qui terentianus scripte sanctorum martyrum passionem: qui passi sunt sexto kalendas iulii anno domini. ccclxxi.

De sancto Vigilio epo et martyre.

Cap. i.



Vigilius

epis tridentinus et martyr natione romanus a puero christianus liberatus studiis atque eductus: cum matentia matre nobilis et cum fratribus suis claudiano et maioriano ad ciuitatem tridentum deuenit: deo seruens et miraculis clarens: ubi a posteriori tridentino episcopo defuncto: ipse a populo cum esset anno: xx. Quis

t. liij